



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta pacis executionis publica, Oder Nürnbergische Friedens-Executions-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, wie und welchergestalt die würckliche Vollziehung des Westphälischen Friedens, sowohl in puncto Exauctorationis Militæ und Evacuationis Locorum, als auch und vornehmlich in dem hochwichtigen puncto Restitutionis ex Capite Amnestiæ & Gravaminum, biß zum völligen Schluß des ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover ; Tübingen, 1737

N.II. Conclusum Statuum in Puncto Guarantiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51734)

1650. una cum Archivo & Literariis Documentis aliisque rebus restituendis, juxta Instrumentum Pacis restituere, e contra prædictus Archidux omnia damna, quæ ex dictorum locorum retentione & subditorum Contributionibus illata sibi que refarcienda esse prætendit vel prætere posse, penitus remittere, & eorum refusionem nullo unquam tempore exigere debeat. In cujus Conclusi & publice pronunciati Laudi fidem, hoc Attestatum sub Sigillo Cancellariæ Moguntinæ utriusque Parti extraditum est. Norimbergæ 29, Junii 1650. &c.

1650.
Junius

(L.S.)

Cancellaria Moguntina &c.

N. II.

Conclusum wegen der Garantie denen Französischen versprochen.

Posteaquam Illustrissimi & Excellentissimi Domini Legati Plenipotentarii Regis Christianissimi nono hujus se erga Sacri Romani Imperii Statum Deputatos declararint, quod omni antehæ in puncto Temperamenti Franckenthalensis proposito pignori renuncient, & id ipsum in fide & Garantia Ordinum Imperii constituent, ad quam etiam Sacri Romani Imperii Electores, Principes & Status se paratos & obligatos solenni in tribus Imperii Collegiis firmato Concluso jam ante 7. ejusdem resolverunt, quod & non modo Sacræ Cæsareæ Majestatis, sed & ambarum Coronarum Dominis Legatis intimatum fuit: Ideo Sacri Romani Imperii Ordinum Legati & Deputati confirmato priori Concluso declarant & promittunt, quod pro securitate & conservatione Pacis intra trium Mensium spacium a die factæ Exauctorationis & Evacuationis, nec non præstationis eorum, quæ Coronæ Gallicæ ex Instrumenti Pacis dispositione & Conventione incumbunt, secundum Recessum hodie hic subscriptum computandorum Garantiam Instrumento Pacis conformem ex Sacri Romani Imperii Constitutionum præscripto præparabunt, propter detentiones locorum vigore Pacis restituendorum, violentas invasiones atque excursiones in Terras Imperii, & omnium, quæ in Instrumento Pacis continentur, sinceram & realem executionem, dictamque Garantiam elapso isto trium Mensium Termino sine ulla ulteriori mora præstabunt contra quoscunque, quatenus opus fuerit, præcipue vero, ut loca detenta quantumvis restituantur, & invasiones omnes seu incurfiones militares arceantur.

Signatum Norimbergæ

(L.S.)

Cancellaria Moguntina.

§. XIX.

Am 4. Uhr fuhren hierauf die Französischen Gesandten alle drey zu dem *Duca d' Amalfi*, alwo auch *Vollmar* und *Crabn* sich befanden, die Deputirte aber warteten indessen auf dem Rathhause.

Am 7. Uhr, nachdem die Französischen

weggefahren, ließ der Kayserliche Gesandte Herr *Crabn* sagen, es sey nunmehr alles verglichen, und kam darauf *Vollmar* und *Er* auf das Rathhause, welche die Deputirte hinauf und herunter begleiteten. *Vollmars* Vortrag war, „Sie hätten sich anfinden, und part

Berath
zwischen den
Franzosen
und Kayserli-
chen.